
LECTVRIS.

S.

Quae nuper seorsim prodierunt grammata academica, cum Gottin-gae adhuc viuerem, iunctim recusa exhibeo, vt amicorum, qui haec rogarunt, desiderio satisfacerem.

Restat libellus secundus, quem mox prodire iubeam. Enarrabit ille historiam praeparatorum mercurii, quotquot inno-tuerunt mihi, omnium, quorum vn-quam in re medica aliqua fuit vtilitas.

Prodiit interim Cl. MACQVER liber absolutissimus, dictionarium chemicum, studio Cl. LEONHARDI doctis addita-mentis locupletatus et perpolitus, vt

quae adiici possint, videantur per pauca.
Etenim in eo libro sere omnia dicta sunt,
quae medico de mercurio eiusque praeparatis, scitu necessaria.

Tironum vero in gratiam Epitomen
eius doctrinae absoluere decreui mecum,
ut in tabula quasi perspiciant, quae huc
pertinent, et ut cognoscant, quibus
auctoribus, et quo tempore, praeparata,
omnia mercurialia inuenta, et usibus
medicis commendata, quaeque horum
fuerint fata progressu temporum. Iuuat
enim memoriam rerum discendarum nil
magis, artis historia ipsa, quam quis
excolendam sibi elegit.

Libelli huius pars altera docebit, ex
lectione nostra varia sparsim fuisse adiicienda
suis locis, quae spectant controversiam
auctorum, de usu et applicati-

one mercurialium, quae doctrina neuti-
quam occurrit, nec locum habet, in egre-
gio libro cl. MACQVER, in quo chemica
solummodo et physica pertractavit vir eru-
ditissimus.

Licuit mihi, per quatuordecim an-
nos, non sine applausu materiam medi-
cam docenti, animaduertere, vix me-
moria posse capi a tironibus ingentem
multitudinem eam mixtionum et rela-
tionum chemicarum praeparatarum, offi-
cialium.

Eam itaque ob caussam tabulas non-
nullas communicaui, in quibus haec
omnia, perspicue satis exposita. Illarum
breuem conspectum propediem communi-
cabo in promptuario medicis destinato,
integrum vero opus illo tempore for-
taffis typis exscribi curabo. Ita de me-

lioni lecturis me commendō, qui sedem
solummodo, non vero studii genus mu-
taui, quod a puerō mihi placuit et ad
ultimum vitae halitum certe placebit.
scrib, CASSELLIS et 3. Ianuarii. 1783.

ne nihil noscimus nisi inter nos
ibam mutuaria dilectionis est nos, non
sunt enim, correspondentes, nosque non
metaterrae, audimur in terra. Quia ceteri
alio in mundanis niss operantur
affo, mutuariisque mundanis mundis
operantur, ut in aliis, quod
non valuerit mundus do supesi. Non
postea rursum autem in solitario nullum
mutuarii. Hoc autem estis exposita.
Inventus, nequeq; mensurabilis invenit
potest, sed etiam omnino non possum
inquit illi auctor, oras, menses
et ab aliis, secundum idemque signum.